

222

220

226

reverentialiter, cui nemo dignabatur propter suam humanitatem
conversari. Foemina vero, eo junior, fuit pretiosa, muliebris et
tota verecunda ut virgo silens et quieta, et multas longas horas
habuit per mare in sua cumba, nam per totum mare numquam
ad navis superiora condescendit, nec etiam ad opus naturae, sed
quidam galeota ad hoc conductus misellae ministrayit deferens et
inferens. In insulis et portibus maris non se movebat, cum
tamen omnes communiter exirent, sed sicut monialis inclusa ma-
nebat, et ita neminem nec intus nec extra gravabat aut scandali-
zabat. De his prostitutis apud Alexandriam vide supra Fol. 122 b.

216

231

211

271

171

Aliud Capitulum.

321

121

Quarta die prandio peracto dominus Johannes Latinus et
ego simul navigavimus ad litus, et ingressi sumus Alexandriam
ad emendum aliqua pro navigatione nobis necessaria; nos enim duo
jam soli eramus et nobis ipsis provisionem fecimus ut potuimus.
In foro venit ad nos Schambeck consulens nobis, ne nimis audaces
essemus ad ingrediendum urbem, quia si aliquis Sarracenus contu-
meliam et injuriam inferret, jam non esset defensor. Expe-
ditio ergo negotio, pro quo ingressi fueramus, statim de urbe
exiyimus amplius non ingressuri. Cum autem ad litus maris reve-
nissemus, reperimus ibi duos de fratribus nostris (147 a) pere-
grinis dolentes et tristes. Nam pro suo solatio de galea sua ad
litus navigaverant et spatiando sine timore vagabantur in incertum
juxta mare super linguam terrae, quae dividit portum Christianorum
a portu Sarracenorum; ascendebant autem et videre volebant in
Sarracenorum portu classes et naves, quas ego libentissime ipse
vidissem, quia dicebatur esse portus pulcherrimus, classibus et
navibus repletus et maximis mercibus redundans, cum magna ho-
minum frequentia. Cum autem illi duo sic contra locum proce-
derent, accurrerunt Sarraceni cum magna furia et irruerunt in
eos prosterentes et pessime percutientes, trudentes et strangu-
lantes quasi usque ad interitum, unde unus eorum graviter vul-
neratus in capite periculum vitae sibi timebat imminere. Et nisi
quidam Sarracenus supervenisset, qui eos liberavit de manibus
eorum, forte occisi fuissent. Strangulabant autem eos, quia sic

Ende

Anfang

14 *